Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

**Terms and Conditions**
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

curabilis erat: per modum medendi pietatem sua declaravit. faciens quod nulla ars medicine facere potuisset. Post febrim enim seditionem. illo tempore patientes egent ut pristine restituantur sanitati. Tunc enim similiter ora fusum est. Ambrosius. Si quis altiori celo ista pendimus. animum debemus intelligere et corporis sanitatem. ut prius animus qui cupiditas laborabat misi dus absolutus sit. Denique non prius eva esuriit. quam cupiditas eam insidiata temptavit. Et ideo adversus ipsum auctorem peccati prius debuit medicina salutis operari. Fortassis et in typo mulieris illius varius animum febribus caro nostra languebat. Nec minorem febrem amoris dixerim quam caloris. Beda. Si enim virum a demonio liberatum moralis animum ab immunda cogitatione purgatum significat dignum: consequenter feminam febribus tentam sed ad imperium curatam carnem ostendit a concupiscentie sue ardore per continentie precepta frenatam. Cyrillus. Et nos igitur suscipiamus ihesum. Cum enim visitaverit nos et portamus eum in mente et corde: tunc enim ardorem voluptatum estum extinguet et incolumes faciet. ut ministremus ei. hoc est eius beneplacita peragamus. Theophilus.

Cum autem sol occidisset: omnes qui habebant infirmos variis languoribus: ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens curabat eos. Exibant autem demonia a multis clamantia et dicentia: Quia tu es filius dei. Et increpans non sinebat ea loqui quia sciebant eum esse christum.

Considerandum est turbe desiderium. Nam cum sol occidisset adducunt ad eum infirmos. non a tempore impediti. Unde dicit. Cum autem sol occi. o. qui ha. infir. va. lan. du. illos ad eum. Origenes. Ideo quidem post solis occasum. id est elapso die illos adducebant. quia verebantur vel timebant phariseos. Vel quia de die tenenti erant circa alia. Vel quia putabant non licere sanare in sabbato. Ipse autem sanabat eos. Unde sequitur. At ille sin. ma. impo. cu. omnes.

Cyrillus. Quamvis autem ut deus potuisset omnes uno pellere morbos: tamen tangit eos ostendens propriam carnem efficacem ad prestanda remedia. Nam caro dei erat. Sicut enim ignis appositus vasi eneo imprimit illi proprie caliditatis effectum: sic omnipotens dei verbum cum univit sibi veraciter assumptum templum ex virgine animatum et intellectu preditum: sue potentie ei effectum inseruit. Tangat igitur et nos. immo potius nos illum tangamus per fidem et nos ab adversis infirmitatibus liberet. et non a demonum impugnatione et seditia. Sequitur enim. Exibant autem demonia a multis cla. et di. quia tu es filius dei. Beda. Demonia filium dei confitentur et sicut postea dicitur sciebant ipsum esse christum. quia cum ieiunio fatigatum eum diabolus videret verum hominem intellexit. quia quod temptando non prevaluit: utrum filius dei esset dubitabat. Nunc autem per signorum potentiam vel intellexit vel potius suspicatur esse filium dei. Non igitur ideo iudeis eum crucifigere persuasit quia christum sive dei filium non esse putavit. sed quia se morte illius non previdit esse damnandum. De hoc enim misterio a seculis abscondito dicit apostolus quod nemo principum huius seculi cognovit. Si enim cognovissent numquam dominum glorie crucifixissent. Cyrillus. Iussit autem quod etiam increpans non sinebat ea loqui. Neque enim ferendum erat ut demones in-